Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Leo X., Papst

# Bulla con||tra errores Mar||tini Lutheri || et sequa=||tium.||

Rostock: Dietz, Ludwig, 1520

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

f.
4056.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0001

Ff – 4056.
<R>

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0002

Ex
Bibliotheca
Academica
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0004

# Bulla con tra erroꝛes Mar tini Lutheri et ſequa tium.



¶ Impreſſum Roʒſtock per Ludouicū Dietz. 1520

JOHS GEFFCKEN TH. DR. IN HAMBURG.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0005

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0006

Leo Epiſcopus Seruus ſeruorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Exurge dñe et iudica cauſã tuã/ memor eſto improperiorum tuorum/ eorum que ab inſipientibus fiunt tota die/ ĩclina aurẽ tuam ad preces noſtras/ quoniã ſurrexerũt vulpes querentes demoliri vineam/ cuiꝰ tu torcular calcaſti ſolꝰ/ et aſcenſurus ad patrem/ eius curam/ regimen/ et adminiſtrationem Petro tanquã capiti/ et tuo vicario/ eiuſqꝫ ſucceſſoribus inſtar triumphantis eccleſie cõmiſiſti/ exterminare nititur eã aper de ſilua/ et ſingularis ferus depaſci eã. Exurge Petre/ et pro paſtorali cura prefata tibi (vt prefertur) diuinitus demandata/ intende in cauſam ſancte Romane eccleſie/ matris omĩum ecleſiarum/ ac fidei magiſtre/ quam tu (iubente deo) tuo ſanguine cõſecraſti/ contra quaꝫ ſicut tu premonere dignatus es/ inſurgũt magiſtri mẽdaces introducentes ſectas perditionis ſibi celerem interitum ſuperducentes/ quorũ lingua ignis eſt/ inquietum malum/ plena veneno mortifero/ qui zelum amarũ habẽtes/ et contentiones in cordibus ſuis/ gloriantur/ et mendaces ſunt aduerſus veritatem. Exurge tu quoqꝫ queſumus Paule/ qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuĩnaſti/ atqꝫ illuſtraſti. Iã enim ſurgit nouus Porphirius/ qui ſicut ille olim ſanctos apoſtolos iniuſte momordit. Ita hic ſctõs Põtifices predeceſſores noſtros contra tuam doctrinã eos non obſecrando/ ſed increpando/ mordere/ lacerare/ ac vbi cauſe ſue diffidit/ ad cõuicia accedere

nō veretur morē hereticorū/quorū (vt inquit Hie-
ronymus) vltimū preſidium eſt/vt cū conſpiciant
cauſas ſuas damnatū iri/incipiant virus ſerpētꝫ
lingua diffundere/et cum ſe victos cōſpiciant/ ad
cōtumelias proſilire. Nam licet hereſes eſſe ad ex-
ercitacionem fideliū tu dixeris oportere/eas tñ ne
incrementū accipiant/neue vulpecule coaleſcāt in
ipſo ortu/te intercedēte et adiuuāte/ extingui ne-
ceſſe eſt. Exurgat deniqꝫ omnis ſanctorū/ac reliq̄
vniuerſalis eccleſia/cuius vera ſacrarum litterarū
interpretatiōe poſthabita/quidam/quorū mētem
pater mendatiꝫ excecauit/ex veteri hereticorū inſti
tuto/apud ſemetipſos ſapientes/ſcripturas eaſdē
aliter quā ſpiritusſanctꝰ flagitet/proprio dūtaxat
ſenſu ābitiōis/aureqꝫ popularis cauſa/teſte Aplo
interpretant̄/immo vero torquēt et adulterāt. Ita
vt iuxta Hieronymū. iam nō ſit euangeliū chriſti
ſed hominis/aut quod peius eſt/diaboli. Exur-
gat inquam prefata eccleſia ſancta dei/⁊ vna cum
beatiſſimis apoſtolis prefatis/apud deum omnī
potentem intercedat/vt purgatis ouium ſuarum
erroribus. eliminatiſqꝫ a fideliuꝫ finibus hereſibꝰ
vniuerſis/eccleſie ſue ſancte pacem/et vnitatē con-
ſeruare dignetur. Dudū ſiquidem/ quod pre ani-
mi anguſtia et merore exprimere vix poſſumꝰ/fi-
dedignorum relatu/ac fama publica referente/ad
noſtrum peruenit auditū/immo vere/ prohdolor
oculis noſtris vidimꝰ/ ac legimus multos et va-
rios errores/quoſdam videlicet iam per concilia/
ac predeceſſorum noſtrorū conſtitutiōes dānatos/
hereſim etiam grecorū et bohemicam expreſſe con
tinentes/alios vero reſpectiue/vl̄ hereticos/vel ſal

ſos/vel ſcādaloſos/ vel piarum auriū offenſiuos vel ſimplitiū mentiū ſeductiuos/a falſis fidei cul‑ toribus/qui per ſuperbā curioſitatem mūdi glori amā pietes /cōtra apoſtoli doctrinā/plus ſapere volūt/quam oporteat/quorū garrulitas (vt īquit Hieronymus)ſine ſcripturarum auctoritate/non haberet fidē/ niſi viderētur peruerſam doctrinā/ etiam diuinis teſtimoījs/ male tn̄ interpretatis/ roborare. A quorū oculis dei timor receſſit/huma ni generꝫ hoſte ſuggerēte/ nouiter ſuſcitatos/ꝛ nu per apud quoſdam leuiores in inclita natōe Ger maica ſemiatos. Qꝺ eo magis dolemꝰ ibi eueniſ‑ ſe/qꝺ eandē natōem/ꝛ nos/ et predeceſſores noſtri in viſceribus ſemper geſſerimꝰ charitatis. Nā poſt tranſlatū ex grecis a romana/ eccleſia in eoſdē ger manos imperiū ījdem predeceſſores noſtri/et nos eiuſdē eccleie aduocatos defenſoreſqꝫ ex eis ſemper accepimus Quos quidā germanos/catholice veri tatis vere germanos/conſtat hereſum acerrimos oppugnatores/ſemper fuiſſe/cuiꝰrei teſtes ſūt lau dabiles ille conſtitutiones germanorū imperatoꝝ pro libertate eccl̄ie/proqꝫ expellēdis/exterīnādiſqꝫ ex ōni germania hereticis/ſub grauiſſimis penis etiam amiſſionis terrarū/et dominiorū/contra re ceptatores/vł nō expellentes olim edite/et a noſtrꝫ predceeſſoribꝰ cōfirmate/que ſi hodie ſeruarētur/ ꝛ nos/et ipſi vtiqꝫ hac moleſtia careremus. Teſtis eſt in concilio Conſtātien̄. Huſſitarū/ac Vuicleu‑ iſtarum/necnō Hieronymi Pragen̄ . damnata ac punita perfidia. Teſtis eſt tociens cōtra Bohe‑ mos germanorū ſanguis effuſus. Teſtis deniqꝫ ē predictorum errorum ſeu multorū ex eis per Colo

nieñ. z Louanieñ. vniuerſitates/ vtpote agri domi
nici pijſſimas/ religioſiſſimaſq; cultrices nō minꝰ
docta q̃ vera/ ac ſancta confutatio/ reprobatio/ et
damnatio. Multa quoq; alia allegare poſſemus.
que ne hiſtoriam texere videamur pretermittenda
cenſuimus. Pro paſtoralis igit̄ officij diuina gra-
tia nobis iniūcti cura/ quā gerimꝰ predictorū erro
rum virus peſtiferū vlterius tollerare ſeu diſſimu-
lare/ ſine chriſtiane religiōis nota/ atq; orthodoxe
fidei iniuria/ nullo mō poſſumus. Eorū aūt erro
rū aliquos p̄ntibꝰ duximꝰ inſerēdos/ quorū tenor
ſequit̄ et ē talis. ¶ Heretica ſentētia eſt/ ſed vſitata/
Sacramēta noue legis iuſtificantem gratiā illis
dare/ qui non ponūt obicem. In puero poſt bap-
tiſmū negare remanens pctm̄ eſt/ Paulū et chriſtū
ſimul conculcare. Fomes pctī etiam ſi nullū adſit
actuale pctm̄ moratur exeūtem a corpore animā
ab ingreſſu celi. Imperfectā charitas morituri/ fert
ſecū neceſſario magnū timorē/ qui ſe ſolo ſatis ē fa
cere penā purgatorij et īpedit introitū regni. Tres
eſſe partes penitentie Contritionē/ Confeſſionē/ et
Satiſfactionē/ non eſt fundatū in ſacra ſcriptura
nec in antiquis ſanctis chriſtianis doctoribus. Cō
tritio que paratur per diſcuſſionē/ collectionem/ et
deteſtationē pctōꝝ/ qua quis recogitat ānos ſuos
in amaritudine aīe ſue/ ponderādo peccatorū gra-
uitatem/ multitudinē/ feditatē/ amiſſionem eterne
beatitudinis/ ac eterne damnationis acquiſitionē
hec contricio facit hypocritā immo magis pecca-
torem. Veriſſimū eſt prouerbium et omnium doc
trina de Contritionibus/ hucuſq; data preſtātiꝰ/
de cetero non facere/ ſūma penitētia/ optima peni-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0010

tentia/noua vita. Nullo modo preſumas cõfiteri
pctã venialia/ſed nec oĩa mortalia/quia impoſſi-
bile eſt/vt oĩa mortalia cognoſcas. Unde in primi
tiua eccleſia ſolũ manifeſta mortalia confitebãtur.
Dum volumus oĩa pure confiteri/nihil aliud fa
cimus/quã qđ miſericordie dei nihil volumꝰ reli-
quere ignoſcendũ. Peccata non ſunt vlli remiſſa/
niſi remittente ſacerdote credat ſibi remitti/immo
pctm̃ maneret/niſi remiſſum crederet/non em̃ ſuf
ficit remiſſio peccati et gratie donatio/ſed oportet
etiam credere eſſe remiſſum. Nullo modo cõfidas
abſolui/propter tuã contritionẽ/ſed propter ꝟbũ
chriſti/quodcũqꝫ ſolueris ꝛc. Hic inquã confide ſi
ſacerdotis obtinueris abſolutionẽ/ꝛ crede fortiter
te abſolutũ/ꝛ abſolutus vere eris/quicquid ſit de
contritione. Si per impoſſibile confeſſus nõ eſſet
contritꝰ aut ſacerdos nõ ſerio/ſed ioco abſolueret.
ſi tñ credat ſe abſolutũ veriſſime eſt abſolutus. In
ſacramẽto penitentie ac remiſſione culpe/nõ plus
facit papa/epiſcopꝰ/quã īfimus ſacerdos/immo
vbi non eſt ſacerdos/eque tm̃ quilibet chriſtianus
etiã ſi mulier aut puer eſſet. Nullꝰ debet ſacerdoti
rñdere ſe eſſe contritũ/nec ſacerdos requirere. Ma-
gnus eſt error eorũ/qui ad ſacramenta euchariſtie
accedunt huic innixi/qđ ſint confeſſi/qđ non ſint
ſibi conſcij alicuiꝰ peccati mortalis/qđ premiſerint
orationes ſuas/et preparatoria/omnes illi ad iu-
dicium ſibi manducãt et bibunt/ſed ſi credant et
cõfidãt ſe gratiam ibi conſecuturos/hec ſola fides
facit eos puros et dignos. Cõſultũ videtur ꝙ eccle
ſia in cõmuni concilio ſtatueret laicos ſub vtraqꝫ
ſpecie cõmunicandos/nec Bohemi cõmunicãtes

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0011

ſub vtraqꝫ ſpecie ſunt heretici/ſed ſciſmatici.
¶ Theſauri ecclie vnde papa dat indulgẽtias nõ ſunt merita chriſti/et ſanctorũ. Indulgentie ſunt pie fraudes fideliũ/⁊ remiſſiones bonorũ operũ/ et ſunt de numero eorũ que licent/et non de nũero eorum que expediunt. Indulgentie/his qui veraciter eas conſequũtur/non valent ad remiſſionem pene pro peccatis actualibus debite apud diuinã iuſtitiam. Seducũtur credentes indulgentias eſſe ſalutares/et ad fructũ ſpũs vtiles. Indulgẽtie neceſſarie ſunt ſolũ publicis criminibus/et proprie conceduntur duris ſolumodo/ ⁊ impaciẽtibꝰ. Sex generibꝰ hõim indulgentie nec ſunt neceſſarie/nec vtiles/videlicet mortuis/ ſeu morituris/infirmis legitime impeditis/his qui non cõmiſerunt crĩa/ his qui crimina cõmiſerunt/ſed nõ publica/his qui meliora operantur. Excõmunicationes ſunt tm̃ externe pene/nec priuant hominẽ cõmunibus ſpũalibus eccleſie orationibus. Docendi ſunt chriſtiani plus diligere excõmunicationeꝫ/q̃ȝ timere. Romanus pontifex Petri ſucceſſor non eſt chriſti vicarius ſuper oẽs totius mũdi eccleſias/ ab ipſo chriſto in beato Petro inſtitutus. Verbũ chriſti ad Petrũ/quodcũqꝫ ſolueris ſuper terrã ⁊c. extẽditur dumtaxat ad legata ab ipſo Petro. Certum eſt in manu eccleſie/aut pape prorſus non eſſe/ ſtatuere articulos fidei/immo nec leges morũ/ſeu bonorũ operum. Si papa cũ magna parte eccleſie ſic vł ſic ſentiret/nec etiam erraret/adhuc non eſt pctm̃ aut herreſis contrarium ſentire/preſertim in re nõ neceſſaria ad ſalutem/donec fuerit per conciliũ vniuerſale alterũ reprobatũ/alteruꝫ approbatũ. Via

nobis facta eſt enarrandi auctoritatē cōciliorū/ ⁊ li-
bere contradicēdi eorū geſtis/ et iudicandi eorū de-
creta/ et confidenter confitendi / quicquid verū vi-
detur/ ſiue probatū fuerit/ ſiue reprobatū a quo-
cūqꝫ/ concilio. ¶ Aliqui articuli Joannis Huſſ.
cōdemnati in cōſilio Conſtantieñ/ ſunt chriſtianiſ-
ſimi/ veriſſimi/ et euāgelici/ quos nec vniuerſalis
eccleſia poſſet damnare. In omi opere bono iuſtꝰ
peccat. Opus bonū optīe factū ē veniale pctm̄. He-
reticos comburi eſt contra voluntatē ſpūs. Preli-
ari aduerſus Turcas ē repugnare deo viſitāti in-
iquitates noſtras per illos. Nemo eſt certus ſe non
ſemper peccare mortaliter propter occultiſſimū ſu-
perbie vitiū. Liberum arbitriū poſt pctm̄ eſt res de
ſolo titulo/ ⁊ dū facit quod in ſe ē peccat mortalit.
Purgatoriū non poteſt probari ex ſacra ſcriptura
que ſit in canone. Anime in purgatorio non ſunt
ſecure de eorū ſalute/ ſaltem oēs/ nec probatum eſt
vllis/ aut ratōibꝰ/ aut ſcripturis/ ipſas eſſe extra
ſtatum merendi/ aut augēde charitatis. Anime in
purgatorio peccant/ ſine intermiſſione/ quamdiu
querūt requiem/ et horrent penas. Anime ex pur-
gatorio liberate ſuffragijs viuētium minus beā-
tur quā ſi per ſe ſatis feciſſent. Prelati eccleſiaſtici/
et principes ſeculares non malefacerent ſi oēs ſac-
cos mendicitatis delerent. ¶ Qui quidē errores/
reſpectiue/ quā ſint peſtiferi/ quā pernicioſi/ quāꝫ
ſcandaloſi/ quā piarū/ ⁊ ſimplicium mētium seduc-
tiui/ quam deniqꝫ ſint contra omnē charitatem ac
S. R. E. matris omium fideliū/ ⁊ magiſtre fidei
reuerentiā/ atqꝫ neruū eccleſiaſtice diſcipline. obedi-
entiam ſcilicet/ que fons eſt/ et origo omniū ꝟtutū

De bello Turcico.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0013

ſine qua facile vnuſquiſq; infidelis eſſe cōuicitur/ nemo ſane mētis ignorat. Nos igitur ī premiſſis/ vtpote grauiſſimis/ propenſius (vt decet) ꝓcedere/ necnō huiuſmodi peſti/ morboq; canceroſo/ ne in agro dominico tanq̄ vepris nociua vlteri⁹ ſerpat. viā precludere cupientes/ habita ſuper predictis er roribus/ et eorū ſingulis/ diligenti trutinatione/ diſcuſſione/ ac diſtricto examine/ maturaq; delibe ratōe/ omnibuſq; rite penſatis/ ac ſepius vētilatis cū venerabilibus fratrib⁹ noſtris. S. R. E. Card. ac regularium ordinum Prioribus/ ſeu miniſtris generalibus/ pluribuſq; alijs ſacre theologie/ nec non vtriuſq; iuris profeſſoribus/ ſiue magiſtris/ ꝛ quidem peritiſſimis. Reperimus eoſdē errores/ reſpectiue (vt prefertur) aut articulos nō eſſe catho‑ licos/ nec tanq̄ tales eſſe dogmatizādos/ ſed cōtra catholice eccleſie doctrinā/ ſiue traditionē/ atq; ab ea verā diuinarū ſcripturarū receptā interpretatio nem/ cuius auctoritati ita acquieſcendum cenſuit Auguſtinus/ vt dixerit ſe euangelio non fuiſſe cre diturū niſi eccl'ie catholice interueniſſet auctoritas Nam ex eiſdem erroribus/ vel eorū aliquo/ vel ali quibus palam ſequit'/ eādē eccleſiā que ſpiritu ſctō regitur/ errare/ et ſemper errasse. Qđ eſt vtiq; cōtra illud/ quod chriſtus diſcipulis ſuis in aſcenſione ſua (vt in ſctō euāgelio Mathei legitur) promiſit/ dicens. Ego vobiſcū ſum vſq; ad conſumationē ſeculi. Nec non contra ſanctorū patrū determinati ones. Cōciliorū quoq; ꝛ ſummorū pōtificū expreſ ſas ordinatōes ſeu canones/ quibus non obtēpe‑ raſſe/ oīm hereſum/ ꝛ ſciſmatū/ teſte Cipriano/ fo‑ mes/ et cauſa ſemper fuit. De eorūdem itaq; vene‑

rabilium frm̄ noſtrorū concilio/et aſſenſu/ac oīm
et ſingulorū predictorū matura deliberatione pre-
dicta/ auctoritate omnpiotentis dei/et beatorum
apoſtolorū Petri ⁊ Pauli/⁊ noſtra/prefatos oēs/
⁊ ſingulos articulos/ſeu errores/tanꝗ (ut premit
titur) reſpectiue hereticos/aut ſcādaloſos/aut fal-
ſos/aut piarū aurium offenſiuos/ vel ſimplitiū mē
tium ſeductiuos/et veritati catholice obuiātes dā-
namꝰ/reprobamꝰ/atqꝫ oīno reiicimus/ac ꝓ dam
natis/reprobatis/⁊ reiectis ab oībus vtriuſqꝫ ſexꝰ
chriſtifidelibus haberi debere/ harū ſerie decerīmꝰ
et declaramus. Inhibentes in virtute ſancte obedi
entie/ ac ſub maioris excōmunicationis late ſnīe.
Nec nō quo ad ecclīaſticas/et regulares perſonas.
Epiſcopaliū oīm etiā Patriarchaliū. Metropoli-
tañ. ⁊ aliarū Cathedraliū eccleſiarū. Monaſterioꝝ
quoqꝫ/et Prioratuū/etiā conuentualiū/et quorū-
cumqꝫ dignitatū/ aut bñficiorū eccleſiaſticorum/
ſecularium/aut quorūuis ordinū regulariū/priua-
tionis/⁊ inhabilitatis ad illa/et alia in poſterum
obtinēda. Quo vero ad cōuentꝰ/capitula/ ſeu do-
mos aut pia loca/ſeculariū /vel regulariū /etiam
mendicātium/ nec nō vniuerſitatis ēt ſtudiorū ge
neraliū/quorumcūqꝫ priuilegiorum/indultorū a
ſede apoſtolica/vl̄ eius legatis/ aut alias quomo-
dolibet habitorū vel obtentorū cuiuſcūqꝫ tenoris
exiſtant. Nec non nominis/et poteſtatis ſtudium
generale tenēdi/legendi/ ac interpretandi quaſuis
ſciās/et facultates/et inhabilitatis ad illa/et alia ī
poſterum obtinenda. Predicatōis quoqꝫ officii/ac
amiſſionis ſtudii generalis/ et omniū priuilegio-
rum eiuſdem. Quo vero ad ſeculares eiuſdē excō-

municatõis/nec nõ amiſſionis cuiuſcũqʒ Emphy‑
teoſis/ſeu quorumcũqʒ feudorũ/tã a Ro.Eccl'ia/
quã alias quomodolibet obtentorũ/ac etiã inha‑
bilitatꝫ ad illa/et alia in poſterũ obtinẽda.Nec nõ
quo ad oẽs/et ſingulos ſuperius nominatos/ in‑
hibitionis ecclaſtice/ſepulture/inhabilitatiſqʒ ad
oẽs et ſingulos actus legitimos/infamie/ac diffi‑
datõis/ꝛ criminis leſe Maieſtatis/ꝛ hereticorum
et fautorum eorundẽ in iure expreſſis penis/eo ip
ſo et abſqʒ vlteriori declaratõe/per oẽs/ꝛ ſingulos
ſupradictos/ſi(quod abſit) cõtrafecerint incurren
dis.A quibus vigore cuiuſcũqʒ facultatis/ac clau
ſularũ etiã in cõfeſſionalibꝰ quibuſuis perſonis/
ſubq̃buſuis verborũ formis cõtentarũ/niſi a Ro
mañ.Pontifice/vel alio ab eo ad id in ſpecie facul
tatem habente/preterq̃ȝ in mortis articulo cõſtitu
ti/abſolui nequeãt Omnibus ꝛ ſingulis vtriuſqʒ
ſexus chriſti fidelibus/tam laicis q̃ȝ clericis/ſecula
ribus/et quorũuis ordinum regularibus/ꝛ alijs
quibuſcũqʒ perſonis/cuiuſcũqʒ ſtatꝰ/ gradus/vel
conditionis exiſtant et quacumqʒ eccleſiaſtica/ vl
mũdana prefulgeant dignitate/etiã Sancte Ro‑
mane eccleſie Cardinalibus Patriarchis.Primati
bus/Archiepiſcopis/Epiſcopis Patriarchalium
Metropolitañ.et aliarũ Cathetraliũ Collegiatarũ
ac inferiorum eccleſiarum Prelatis/clericis/alijſqʒ
perſonis eccleſiaſticis/ſecularibus/ꝛquorũuis or‑
dinũ/etiam mendicãtium Regularibꝰ/ Abatibꝰ
Prioribus/vel Miniſtris generalibus/vel parti‑
cularibus fratribꝰ/ſeu religioſis/ exemptis/et nõ
exemptis Studiorũ quoqʒ vniuerſitatibus/ſecu‑
laribus/et quorũuis ordinũ/etiam mendicantiũ.

Regularib⁹. Nec non Regibus. Imperatoris elec-
toribus. Principibus Ducib⁹ Marchionib⁹. Co-
mitibus / Baronibus Capitaneis Conductorib⁹
Domicellis / oībuſqꝫ officialibus Judicib⁹ Nota-
rijs eccleſiaſticis / et ſecularibus. Cōmunitatibus
Vniuerſitatib⁹ Potētatibus Ciuitatibus Caſtris
terris / et locis / ſeu eorū / vel earum ciuibus / habi-
tatoribus / et incolis / ac quibuſuis alijs perſonis
Eccleſiaſticis / vł regularib⁹ (vt prefertur) per vni-
uerſum orbem vbicumqꝫ / preſertim in Alemania
exiſtentibus / vł pro tēpore futuris / ne prefatos er-
rores / aut eorum aliquos / peruerſamqꝫ doctrinaꝫ
huiuſmodi aſſerere / affirmare / defēdere / predicare
aut illi quomodolibet / publice vł occulte / quouis
queſito ingenio / vł colore / tacite vel expreſſe fauere
preſumant. Inſuper quia errores prefati / ⁊ plures
alij cōtinētur ī libellis / ſeu ſcriptis cuiuſdā Mar-
tini Luther / dictos libellos / et omnia dicti Mar-
tini ſcripta / ſeu Predicatōes in latino / vel quocūqꝫ
alio ideomate / reperiātur / ī quibus dicti errores /
ſeu eorū aliquis continētur ſimiliter dānamus / re-
probamus / atqꝫ omnino reijcimus / ⁊ pro omīno
dānatis reprobatis / ac reiectꝭ / vt prefertur / haberi
volumus. Mandantes in virtute ſctē obediētie / et
ſub penis predictis / eo ipſo incurrendis / Omnib⁹
et ſingulis vtriuſqꝫ ſexus chriſti fidelibus ſuperi⁹
nominatis / ne huiuſmodi ſcripta / libellos / predi-
cationes / ſeu cedulas / vel in eis cōtenta Capitula /
errores / aut articulos ſupradictos cōtinētia / legere
aſſerere / predicare / laudare Imprimere / publicare
ſiue defendere / per ſe vel aliū / ſeu alios / directe / vel
indirecte / tacite vł expreſſe / publice vel occulte / aut

in domibus ſuis/ſiue alijs/ publicis vel priuatis locis tenere quoquo modo preſumāt/ quinimmo illa ſtatim poſt harū publicationē vbicūqʒ fuerit/ per ordinarios.et alios ſupradictos deligēter queſita/publice et ſolēniter:in pſentia cleri/ ⁊ populi/ ſub oīb⁹ et ſingul/ſupradictis penis/ comburāt. Quod vero ad ipſum Martinum attinet/Bone deus/quid pretermiſim⁹/quid nō fecimus/quid paterne charitatis omiſim⁹/vt eū a b huiuſmodi erroribus reuocaremus:Poſtq̄ʒ enim ipſum citauimus mitius cum eo procedere volentes/illū inuitauimus/atqʒ tam per diuerſos tractatus cum Legato noſtro habitos / q̄ʒ per litteras noſtras / hortati fuim⁹/vt a p̄dictis erroribꝰ diſcederet/ aut ad nos oblato etiam ſaluo cōductu/et pecunia ad iter neceſſaria/ſine metu/ſeu timore aliquo/quem perfecta charitas foras mittere debuit/veniret/ ac ſaluatoris noſtri/apoſtoliqʒ Pauli exēplo/ nō in occulto/ſed palam/et in facie loqueretur.Quod ſi feciſſet/pro certo(vt arbitramur) ad cor reuerſus/ errores ſuos cognouiſſet/nec ī romana curia/ quā tantopere/vanis maliuolorū rumoribus/plusq̄ʒ oportuit/tribuendo/vituperat/ tot reperiſſet errata/docuiſſemuſqʒ eum/luce clarius/Sanctos romanos pōtifices predeceſſores noſtros/ quos pret omnē modeſtiam iniurioſe lacerat/ in ſuis canonibus/ſeu conſtitutōibus/quas mordere nititur/ nunq̄ʒ erraſſe/quia iuxta Prophetā/nec in Galahat Reſina/nec Medicus deeſt/ſed obaudiuit ſp. et predicta citatōe/omnibuſqʒ et ſingul ſupradict ſpretis/venire contēpſit/ac vſqʒ in preſentē diē contumax/atqʒ animo īdurato/ cēſuras vltra annū

ſuſtinuit/et qđ deterius eſt/addens mala malis/
de citatione huiuſmodi notitiā habēs/ in vocem
temerarie appellationis prorupit ad futurū Con-
cilium/contra Conſtitutionē Pij ſecūdi/ ac Julij
ſecundi predeceſſorū noſtrorū/ qua cauetur taliter
appellantes Hereticorū pena plectendos (Fruſtra
etiam concilij auxiliū implorauit/ qui illi ſe non
credere palā profitet) Jta vt cōtra ipſum/ tāquaꝫ
de fide notorie ſuſpectum/immo vere Hereticuꝫ/
abſqꝫ vlteriori citatione vel mora/ad condēnatōeꝫ
et damnationem eius/tanquā heretici/ac ad oīm
ꝛ ſingularū ſupraſcriptarū penarū ꝛ cenſurarum
ſeueritatē procedere poſſemꝰ/Nihilominus de eo-
rundem fratrū noſtrorū Concilio Oīpotentis dei
imitantes clemētiam/qui non vult mortem pecca
toris/ſed magis vt conuertatur et viuat Omniuꝫ
iniuriarū hactenꝰ nobis/ et apoſtolice ſedi illata-
rum obliti/omni qua poſſumus pietati vti decre
uimus/et quantū in nobis eſt agere/vt propoſita
manſuetudinis via ad cor reuertatur/et a predictiꝫ
recedat erroribꝰ/vt ipſum tanq̄ filiū illū prodigū
ad gremiū eccleſie reuertentem benigne recipiamꝰ.
¶ Jpſum igitur Martinū et quoſcūqꝫ ei adherē
tes/eiuſqꝫ receptatores et fautores/per viſcera mi-
ſericordie dei noſtri/et per aſperſionē ſanguis dñi
noſtri Jeſu chriſti/quo/et per quē humani gñris
redemptio/et ſancte matris eccleſie edificatio facta
eſt/ex toto corde hortamur ꝛobſecramus/vt ipſiꝰ
ecclīe pacē/vnitatē et veritatē/ pro qua ipſe Salua-
tor tam inſtanter orauit ad patrē/turbare deſiſtāt.
et a predictis tā pernicioſis erroribus prorſus ab-
ſtineant/ inuēturi apud nos ſi effectualiter parue

rint/⁊ paruiſſe per legitima documenta nos certi-
ficauerint/ paterne charitatis affectũ /et apertum
manſuetudinis et clementie fontem. ¶ Inhibẽtes
nihilominus eidem Martino ex nunc/ vt interiꝫ
ab omni predicatõe ſeu/predicationis officio om-
nino deſiſtat Alioquin vt ipſum Martinum/ſi
forte iuſtitie ⁊ virtutis amor a peccato nõ retrahat
Indulgentieqꝫ ſpes/ ad penitenciã non reducat/
penarũ terror coherceat diſcipline. Eundẽ Marti-
num/eiuſqꝫ adherentes/ complices/fautores et re
ceptatores/tenore preſentiũ requirimꝰ ⁊ monemꝰ/
in virtute ſancte obedientie/et ſub predictis omni-
bus ⁊ ſingulis penis/eo ipſo incurrendo/deſtricte
precipiendo mandamus/ quatinus infra Sexa-
ginta dies/quorũ Viginti pro primo Viginti ꝓ
ſecundo/et reliquos viginti dies pro tercio/et per-
emtorio termino aſſignamꝰ/ ab affixione preſen-
tium in locis infraſcriptis/ immediate ſequentes
numerandos. Ipſe Martinus Complices/fauto
res/adherẽtes ⁊/receptatores predicti a prefatis er-
roribus/ eorumqꝫ predicatione/ ac publicatione/
et aſſertione/defenſione quoqꝫ/et librorũ ſeu ſcrip-
turarũ editione/ ſuper eiſdem/ſiue eorum aliquo
omnino deſiſtant/libroſqꝫ ac ſcripturas omnes/⁊
ſingulas/prefatos errores/ſeu eorũ aliquos quo-
modolibet continentes/comburant/vel comburĩ
faciãt. Ipſe etiam Martinus/ errores et aſſertões
huiuſmodi omnino reuocet/ac de reuocatõe hu-
iuſmodi per publica documẽta in forma iuris va
lida/in manibus duorum Prelatorũ conſignata
ad nos infra alios ſimiles ſexaginta dies trãſmit
tenda/vel per ipſummet (ſi ad nos venire voluerit

quod magis placeret) cū prefato pleniſſimo ſaluo
conductu/ quem ex nunc concedimus/ deferēda/
nos certiores effitiat/vt de eius vera obediētia nul
lus dubitationis ſcrupulus valeat remanere. Ali-
as( quod abſit) Martinus prefatus/complices/
fautores/adherētes/ et receptatores/ predicti ſecus
egerīt/ ſeu premiſſa omnia ⁊ ſingula/infra termē
num predictum cum effectu non adimpleuerint/
Apoſtoli imitantes doctrinam/ qui hereticum ho
minē/poſt primam et ſecundā correctionē/ vitan-
dum docuit/ex nunc prout ex tunc/et econuerſo/
eundē Martinū/complices/adherētes/fautores/
et receptatores prefatos/et eorū quēlibet/tanq̄ ari-
dos palmites in chriſto non manentes/ſed doctrī
nam contrariam catholice fidei inimicā/ſiue ſcan
daloſam ſeu damnatā/in non modicam offenſaʒ
diuine maieſtatis/ac vniuerſalis eccleſie/ ⁊ fidei ca
tholice detrimentū/⁊ ſcandalum dogmatizantes/
et predicantes Claues quoqʒ eccleſie vilipendentes
notorios/⁊ pertinaces hereticos eadeʒ auctoritate
fuiſſe et eſſe declarantes eoſdem vt tales harū ſerie
condānamus/et eos pro talibus haberi / ab oīb⁹
vtriuſqʒ ſexus chriſtifidelibus ſupradictꝭ volum⁹
⁊ mandamus. Eoſqʒ oēs et ſingulos/ omnibus
ſupradictis/et alijs contra tales a iure inflictis pe-
nis preſentiū tenore ſubijcimus. ⁊ eiſdem irretitos
fuiſſe/et eſſe decernimus/et declaramus. Inhibe-
mus preterea ſub omnibus/et ſingulis premiſſis
penis/eo ipſo incurrēdis/oībus et ſingulis chriſtī
fidelibus ſuperius nominatis/ne ſcripta etiā pre-
fatos errores non continentia/ ab eodem Marti-
no quomodolibet condita/vel edita/aut condēda

vel edita/ſeu edrum aliqua/tanq̃ ab homie Or-
thodoxe fidei inimico/ atqꝫ ideo vehemẽter ſuſpec
ta/et vt eius memoria omnino deleatur de chriſti
fideliũ conſortio/legere/aſſerere/predicare/lauda-
re/imprimere/publicare/ſiue defendere/per ſe vel
alium/ſeu alios/directe vel indirecte/tacite vel ex-
preſſe/publice vel occulte/ ſeu in domibꝰ ſuis ſiue
aliĳs locis publicꝭ vł priuatis/tenere quoquo mo-
do preſumãt. Quinimmo illa comburant (vt pre-
fertur) Monemus inſuper oẽs et ſingulos chriſti
fideles ſupradictos/ ſub eadem excõmunicatioĩs
late ſententie pena/ vt hereticos predictos declara-
tos/et condemnatos/mandatis noſtris nõ obtẽ-
perantes/poſt lapſum termini ſupradicti euitent/
⁊ quantum in eis eſt euitari faciant/ne cũ eiſdem.
vel eorũ aliquo/cõmertium/aut aliquã conuerſa-
tionem/ſeu cõmunionẽ habeãt/ nec eis neceſſaria
miniſtrent. Ad maiorẽ preterea dicti Martini/ſu-
orumqꝫ complicũ/fautorũ/⁊ adherentiũ/ ac recep
tatorũ predictorũ/ſic poſt lapſum terminni predic
ti declaratorũ hereticorum/ et condẽnatorum cõfu
ſionẽ. Vniuerſis et ſingulis vtriuſqꝫ ſexus chriſti
fidelibꝰ. Patriaechis. Archiepĩs. Patriarchaliũ/
Epĩs. Metropolitañ/⁊ aliarũ Cathedraliũ Colle
giatarũ ac inferiorum eccleſiarũ Prelatis Capitul
aliĳſqꝫ perſonis eccleſiaſticis/ſecularibus et quorũ-
uis ordinũ/etiam mendicãtiũ (preſertim eius cõ-
gregationis/cuius dictus Martinus ẽ profeſſus.
et in qua degere vel morari dicitur) Regularibus.
exemptis et nõ exemptis/necnon vniuerſis et ſin
gulis Principibus/quacũqꝫ eccleſiaſtica vel mun-
dana/ fulgentibus dignitate, Regibus. Impera-

toris electoribꝰ. Ducibus. Marchionibus. Comi-
tibus. Baronibus. Capitaneis. Conductoribus/
Domicellis. Cõmunitatibus/ Uniuerſitatibus/
Potẽtatibus. Ciuitatibus. Terris-Caſtris et locis.
ſeu eorũ habitatoribus. Ciuibus et Incolis/ om-
nibuſqȝ aliĳs et ſingul' ſupradictis/ per vniuerſuȝ
orbem/ preſertim in eadem Alemania conſtitutis.
mandamus/ quatinus ſub predictis omnibus et
ſingul' penis/ ipſi vel eorũ quilibet/ prefatũ Mar
tinũ/ complices adherẽtes/ receptantes et fautores
perſonaliter capiãt/ et captos ad noſtrã inſtantiã
retineant/ ⁊ad nos mittant. Reportaturi pro tam
bono opere a nobis/ et ſede apoſtolica remunera-
tionẽ/ premiũqȝ condignum/ vel ſaltem eos/ et eo-
rum quemlibet de Metropolitañ- Cathedralibꝰ.
Collegiatis et aliĳs eccleſĳs. Domibus. Monaſte-
rĳs. Conuentibus. Ciuitatibus. Dominĳs. Uni-
uerſitatibus. Cõmunitatibus. Caſtris. Terris. ac
locis reſpectiue/ tam clerici et regulares/ quã laici
omnes et ſinguli ſupradicti omnino expellãt. Ci-
uitates vero. Dominia. Terras. Caſtra/ villas Co
mitatus/ fortilitia/ oppida/ et loca quecũqȝ vbili-
bet cõſiſtẽtia/ earũ et eorum reſpectiue. Metropoli-
tañ/ Cathedrales/ Collegiatas/ et alias eccleſias/
Monaſteria. Prioratus. Domus. Cõuentus/ ⁊ lo
ca religioſa vel pia/ cuiuſcũqȝ ordinis (vt preferk)
ad que prefatum Martinũ/ vł aliquem ex predic-
tis declinare contigerit/ ꝙdiu ibi permanſerint ⁊/
triduo poſt receſſum/ eccleſiaſtico ſubĳcimus inter
dicto. Et vt premiſſa omnibus inoteſcãt manda-
mus inſuper vniuerſis/ Patriarchis. Archiepiſco-
pis. Epiſcopis Patriarchalium. Metropolitañ/ ⁊

aliarũ Cathedralium/ac Collegiatarũ eccleſiarum Prelatis. Capitulis/aliĩſqʒ perſonis eccleſiaſticis/ ſecularibns/ et quorũuis ordinum ſupradictoruꝫ regularibus/fratribus/religioſis Monachis ex-epmtis ꝛ non exemptis/ſupradictis/vbilibet/preſertim in Alemania conſtitutis/ quatinus ipſi vl eorũ quilibet ſub ſimilibus cenſuris/et penis / eo ipſo incurrendis/Martinũ/omneſqʒ et ſingulos ſupradictos/qui elapſo termino hmôi mandatis ſeu monitis noſtris non paruerĩt/ in eorũ eccleſia Dominicis et aliĩs feſtiuis dieb⁹/ dum inibi maior populi multitudo ad diuina cõuenerit/ declaratos Hereticos/et condemnatos publice nũcient. faciantqʒ/ et mandent ab aliĩs nũciari/et ab oĩb⁹ arctius euitari. Nec nõ omnibus chriſtifidelibus/ vt eos euitent/pari modo ſub predictis cenſuris / et penis. Et preſentes litteras vel earũ trãſumptũ ſub forma infra ſcripta factum in eorum eccleſiĩs. Monaſteriĩs. Domibus. Cõuentibus/et aliĩs locis/legi/ publicari/atqʒ affigi faciant.

¶ Excõmunicamus quoqʒ/ et anathematizam⁹ omẽs et ſingulos cuiuſcũqʒ ſtatus/ gradus/cõditionis/preeminentie/ dignitatis/ aut excellentie/ fuerint/qui quominus preſentes littere/ vl earum tranſumpta/copie/ ſeu exẽplaria in ſuis Terris/ ꝛ dominiĩs legi/affigi/ꝛ publicari poſſint/fecerĩt. vel quoquo modo procurauerint/per ſe vel alium ſeu alios/publice vel occulte/ directe vel indirecte/ tacite vel expreſſe: Poſtremo quia difficile foret preſẽtes litteras ad ſingula queqʒ loca deferri /ĩ quib⁹ neceſſariũ foret/ Volum⁹/et apoſtolica auctoritate decernimus/ qđ earũ tranſumptis manu publice

notarii confectis/et ſubſcriptis/vel in alma Urbe impreſſis/ꝛ ſigillo alicuius eccleſiaſtici prelati munitis/vbiqꝫ ſtetur/ et plena fides adhibeatur/put originalibus litteris ſtaretur/ et adhiberetur/ſi forent exhibite/vel oſtenſe. Et ne prefatus Martin⁹ omẽſqꝫ alii ſupradicti/ quos preſentes littere quomodolibet concernũt/ignarantiã earundẽ litterarum/et in eis contentorũ oĩm/ꝛ ſingulorũ pretendere valeant/ litteras ipſas in Baſilice Principis Apoſtolorũ/et cancellarie Apoſtolice/necnõ Cathedralium eccleſiarum/Brandeburgeñ. Miſneñ. et Morſpergeñ. valuis affigi et publicari debere volumus. Decernentes/ quod earũdem litterarum publicatio ſic facta ſupradictum Martinũ/ oẽſqꝫ alios ꝛ ſingulos prenominatos/quos littere hmõi quomodolibet concernũt/perinde arctent/ac ſi littere ipſe die affixionis/et publicationis hmõi/eis perſonaliter lecte/ꝛintimate forẽt. Quũ nõ ſit veriſimile/quod ea/ que tam patenter fiunt /debeant apud eos incognita remonere. Non obſtantibus conſtitutõibus/ꝛ ordintionibus apoſtolicis. Seu ſi ſupradictis omnib⁹ ꝛ ſingulis/vel eorũ alicui/ aut quibuſuis aliis a ſede apoſtolica predicta/ vel ab ea poteſtatem habentibus/ ſub quauis forma etiam confeſſionalis/et cũ quibuſuis etiam fortiſſimis clauſulis/ aut ex quauis cauſa/ ſeu grandi cõſideratone/indultũ vel conceſſum exiſtat/ quod interdici/ſuſpendi/vel excõmunicari non poſſint per litteras aplicas non facientes plenã/et expreſſam/ac de vrebo ad verbum/non autem per clauſulas generales id importantes de indulto hmõi mẽtionẽ/eiuſdẽ indlti tenores/cauſas/et formas/

perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererētur/ Ita vt omnino tollatur/ preſentibus pro expreſſis habentes. ¶ Nulli ergo omnino hominū/ liceat hāc paginā noſtre damnationis/ reprobationis/ reiectionis/ decreti/ declarationis/ inhibitionis/ volūtatis/ mandati/ hortationis/ obſecratōis/ requiſitionis/ monitionis/ aſſignationis/ conceſſionis/ condēnationis/ ſubiectionis/ excōmunicationis/ et anathematizationis infringere/ vl' ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attētare preſumpſerit/ indignationem omnipotentis dei/ ac beatorū Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum. Anno incarnatiōis Dominice. Milleſimo. Quingenteſimo. Vigeſimo. XVII. Kl's. Julij. Pontificatus noſtri. Anno Octauo.

Viſa. Reuiſa. Milaneſius.

Albergatus.

Ego M. Hieronymus Schyrlentz [illegible]
[illegible] Wittembergensis [illegible]
in [illegible] Vicariatus pastor olim
[illegible] in Petzcow [illegible]
[illegible] Ducatu Me-
gapolensi [illegible]. Anno a Nat. Christi
1[illegible]. Mense Marcio. Die [illegible] Domi[illegible]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0027

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0028

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0029

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689558601/phys_0030

aliarū Cathed[…] Collegiatarū eccleſiarum Prelatis.Cap[…] perſonis eccleſiaſticis/ ſecularibus/ […]rdinum ſupradictorū regularibus/ […]ligioſis Monachis ex-emptis ⁊ non […]upradictis/vbilibet/pre-ſertim in Ale[…]tutis/ quatinus ipſi vł eorū quilibet […]s cenſuris/et penis / eo ipſo incurren[…]ū/omneſqʒ et ſingulos ſupradictos/[…]mino hmōi mandatis ſeu monitis n[…]aruerit/ in eorū eccleſia Dominicis et[…] dieb⁹/ dum inibi ma-ior populi mu[…]iuina cōuenerit/ decla-ratos Heretic[…]natos publice nūcient. faciantqʒ/ et n[…]aliis nūciari/et ab oib⁹ arctius euitar[…]nibus chriſtifidelibus/ vt eos euitent/[…]ub predictis cenſuris / et penis. Et p[…]as vel earū trāſumptū ſub forma in[…]tum in eorum eccleſiis. Monaſteriis.[…] Cōuentibus/et aliis lo-cis/legi/ pub[…]figi faciant.

¶ Excōmun[…]qʒ/ et anathematizam⁹ omēs et ſingu[…]s ſtatus/ gradus/cōdi-tionis/preemi[…]itatis/ aut excellentie/ fuerint/qui qu[…]ſentes littere/ vł earum tranſumpta/[…]plaria in ſuis Terris/ ⁊ dominiis leg[…]ublicari poſſint/fecerit. vel quoquo m[…]uerint/per ſe vel alium ſeu alios/pub[…]e/ directe vel indirecte/ tacite vel expre[…]o quia difficile foret pre-ſētes litteras ad[…]qʒ loca deferri /i quib⁹ *neceſſariū foret[…]t apoſtolica auctoritate decernimus/ q[…]umptis manu publicē

UB Rostock
OS 16000
306
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689558601/phys_0031